

his secundum scripturam liberè edisserat, qui turpissimum Papæ est mancipium, sanctulisq; illis, si diis placet, Patribus cornutis linguam manumq; habet venalè, imò planè jam vendidit? Nos quibus non nisi præfinito loqui licet, omnia hæc ad Scripturæ normam exigentes, pretiosum à vili secerneamus, Sacratissimumq; hunc fontem à foribus humanarum traditionum sedulò conabimur defecare.

*Cap. 1.*

*Nomen.*

*Definitio*

2. Ig. ad *Nomen βαπτισμῶς* quod attinet, nisi illud strictè sumit pro *immersione*, cum in genere *quancumq; tinctionem* nolet; uti ex *Marc. 7, 8 1. Cor. 10, 2 Hebr. 3, Cor. 9. 10.* & pluribus aliis Scripturæ locis evidèter constat. In *Definitione*, cum Scripturæ ea conformis sit: *vid. Tit. 3, 5. Eph. 5, 26.* nihil est quod carpamus, nisi quòd in explicatione addita *Baptismum à Sacramētis Legis v. regenerationis beneficiò imperitè discernit. §. 2. Cum Sacramenta V & N. T. non effectu, sed Symbolis distinguantur.*

*Cap. 2.*

*Materia.*

3. *Materiam Baptismi terrestrem* rectè constituit *Aquam veram ac naturalè.* Quòd autem *D. Lutherum* cujusvis liquoris usum permisisse ex *Colloq. Convi. dicit*, oppidò malitiosus est. Non enim nescit *Luth.* cum ex professo hoc de negotio ageret, longè statuisse secùs: *Vid. Conc. 2. tom. 7. Jen. Germ. p.*